

F. A. H.  
Notabilia  
quaedam  
et curiosa  
ex corpore  
juri civilis  
et canonici





NOTABILIA

24  
QVÆDAM

ET

CURIOSA

EX CORPORE

JVRIS CIVILIS

ET

CANONICI

PRIVATA INDVSTRIA

COLLECTA

ET


IN LVCEM EDITA

A

Ms. 511.  
25. 4. 06. F. A. H.

C. M. A.

Magdeburgi abud G. Vetterum. 1739.



INVIDVS SIBI IPSI NOCEBIT.

A.

L. 6. de his qui sui vel alieni Juris Dd. tanquam *absurdam* allegare solent.

Ex *Accidentia* pro ex accidenti L. 2. §. 4. ff. d.O. J.

A seipso quis accipit, quod non habet. l. 58. de Acquir. hered.

Exactores *Accisæ* describuntur Nov. 8. Præfat. §. 1.

*Adpulserit* pro appulit l. 1. §. 18. ff. d. aqua quotidian, & æstiv.

O. & X. de Jud. *Adulterium* inter crimina minora refertur.

*Advocatus* dicitur militare. l. 14. C. d. Advoc. div.

*Æternitas* nostra (Titulus Imperatoris) Nov. 9. Tit. 4.

*Æternum* & perpetuum differunt, l. 1. præjunct. l. 70. pro socio.

*Agmen* aquæ, l. 6. c. de. serv. aq.  
L. 61. §. 1. ff. de O. & A. continentur *literæ amatorie*.

*Doce Ancillam*, l. 9. C. de R. V.

Glossa ad l. sancimus 5. C. in quibus causis rest. in integrum expeditam habet ad *Antinomias* solvendas *rationem*. *Biberat*

Notabilia & Curiosa

hic Justinianus, & non recordabatur de illis legibus.

Ad *Antinomias* in jure tollendas dicitur expedita responsio in glossa ad l. 5. sancimus C. in quibus causis restit. in integr. Necessesse non est verba querere. Biberat Justinianus hic & non recordabatur de illis legibus.

*Antinomias* solvendas rationem: Biberat hic Justinianus, & non recordabatur de illis legibus.

Symbolum *Apostolicum* habetur l. 6. §. 1. C. de SS. Trin.

*Arbitror* passive sumitur l. 12. §. 5. de relig. & sumt. fun.

Citatur *Aristoteles* in l. 36. de solut.

B.

Quæ ratio sit, cur quis seipsum *Baptizare* nequeat. vid. Lancell. §. 5. de Baptism.

*Babrizo* te in nomine Patria, Filia, & Spiritus Sancta. can. 86. dist. 4. de consecrat.

*Baldus* ob explicationem l. 7. §. 2. ff. de distra. ction. pign. fustigatus esse dicitur. Eckhold. p. 283. in init.

Judex cogi potest, ut legat *Biblia*. Nov. 106.

C. I.

C.

C.

*Caini* mentio fit in Nov. 8. in f.

Injuriarum & actionum ex delicto venientium obligationes cum *capite* ambulant.

l. 7. §. 1. ff. de capit. minut. par raillerie dici potest, has obligationes capite ambulare, daß sie auf dem Kopffe gehen.

Jocus. Vini *campani* fit mentio in §. 33. J. de Actionibus. Ex quo colligi potest, Imperatorem hoc vini genus præ aliis æstimasse.

Sub *cappa* religiosorum multa absconduntur peccata. Brunn. in quæst. ad C. Vol. 1. disp. 21. th. II. c. 5.

Actus *carnalis* non est peccatum mortale, cum ad hoc natura inclinēt (refutatur in Clement. de hæretic. c. 3.)

*Casitare* pro cadere l. 20. §. 4. de S. P. U.

*Castitas* corrupta restitui; non potest l. 1. pr. C. de Rapt. Virg.

Mulieres *cauponarie* præsumuntur meretrices l. 7. ff. de usu & habit. l. 43. pr. ff. de R. N.

Qualis *causa* talis non effectus l. ult. C. de long. temp. præscript.

*Causa cecidit*, ergo mala fuit, non sequitur. l. 2. & 3. C. quando provocare non est necesse. Nam & Paulus Jctus in causa,

cui patrocina batur, nihil obtinuit, l. 78.

§. 6. de legat 3. l. 13. quibus modis pignus salvatur. l. 60. de condict. indebiti.

*Cerevisie* descriptio est in l. 9. ff. de trit. vin. & oleo legat.

*Certiorare* l. 36. §. 1. de pignorat. act.

*Christiani* linguis radicitus abscissis locuti sunt l. 1. pr. C. de offic. praefect. praetor.

Justinianus princeps *Christianissimus* habetur l. inter claras C. de SS. Trin.

*Cicero* citatur in l. 39. ff. de poen. & l. 7. §. 4. ff. quibus in causis in poss. eatur.

Glossa ad Canon. 14. c. 11. qu. 3. vult, *Clericum* amplectentem & deoscientem mulierem excusandum esse, atque praesumendum, facere hoc benedictionis causa, aut Zelo charitatis. Vid. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 984. quod tamen minus placet Menochio l. 5. praef. 2. n. 59. 60.

*Clericus* cogi non potest, vel debet, ut abjuret concubinas. c. 3. de cohabit. Cler. & Mulier.

*Clericus* est miles Christi. 2. Feud. 209.

Juris Civilis studio abstineat *Clericus* C. super specul. ult. ne Cleric. vel Monach. add. l. 41. C. de Episcop. & Cleric.

Cleri-



*Clericus* amplectens & deosculans virginem  
s. mulierem præsumitur hoc facere bene-  
dictionis grati aut zelo charitatis Gloss.  
ad canon. Absit. 14. c. 11. 9. 3.

Juris civilis studio abstineat *Clericus* c. super  
Specul. ult. ne Cleric. I. Monach. add. 1.  
41. C. de Episcop. & Cleric.

*Cloaces* pro cloacas l. 5. §. II. ff. de novo  
operis nunc.

*Clysteris* inventio unde Gothofr. ad l. 9. §. I.  
ad l. Aquil. lit. p.

*Cæppe* pro quippe l. 3. §. 5. ff. de A. l. A. P.

L. ult. C. de Emancip. derivant Doctores  
ex hac lege **das wehebafft machen** per  
*Colaphum*, quod ibi vocatur rapisma.

*Communia* debent esse amicorum omnia, in  
omnibus autem sunt sine dubio conjuges  
can. 2. c. 12. qu. I.

*Concordium* pro concordia l. 27. ff. de pact. dotal.

Donare licet *concube* l. 31. de donat. mere-  
trici l. 5. eod.

Propter metum perjurii Pontifex non vult  
cogi clericos ad abjurandas *concupinas*  
c. 3. de cohab. Cleric.

Stipulatio *conditionalis* haud raro pura est  
stipulatio. l. 9. §. I. de Novation.

C. 9. c. 31. qu. I. *connubia* legitima carent  
qui-

quidem peccato, non tamen tempore illo, quo conjugales actus geruntur præsentia S. Spiritus dabitur.

*Constantina* uxor Henrici Fridericum II, enixa est in conspectu totius populi. Gothofr. ad l. I. §. 10. l. p. de insp. ventr.

*Constructio* linguæ latinæ in jure attendenda. c. II. de Rescript.

Ex L. I. ff. de Relig. & sumt. fun. colligi potest, daß einer mit dem defuncto contrahiren könne.

*Contraire* (i. e. contra ire) per jocum potest ut gallica vox allegari non turbato sensu X. c. 4. de his quæ fiunt a prælat. sine conf.

*Convicium* qs. convocium l. 15. §. 4. d. Injur.

*Cornutus* patiens homo est extra legem positus l. 39. §. 4. de adulter.

C. I. X. comm. de sepult. *corpora* defunctorum exenterantes, & immaniter lac decoquentes, ut ossa a carnibus separata ferant sepelienda in terram, suo ipso facto sint excommunicati.

Inspectio habitudinis *corporis* in fœminis &c. vid. *Inspectio*.

*Corporum* genera tria sunt. l. pr. ff. de usurp. & usuc.

*Corpus Juris Civilis* nominatur in l. un. pr. de rei uxor. act. Vi-

Vilissima pecunia *Corpus Juris* comparatur  
Const. Tanta §. 13.

*Crimen* contrahere l. 1. C. ad leg. Corn. de  
ficar.

*Cucurbitare* Dominum zum *Hahnrey* ma-  
chen l. F. 5. 2. F. 38.

Levissimæ culpæ semel fit mentio in toto  
corpore juris. l. 44. ad L. Aquil.

*Currax* l. 18. pr. de ædilit. edicto.

D.

*Debitor* non cum sacco adendus l. 105. ff.  
de solut. & liberat.

*Decet* tantæ Magestati pro Magestatem l. 23.  
ff. de legat. 3.

Citatur *Demosthenes* C. 2. ff. de LL.

*Celsus* eleganter *Labeonis* sententiam *deri-*  
*det* l. 10. de negot. gest.

*Desinere* quis potest, qui nondum cœpit l.  
3. de usufr. quemadm. caveat.

Facit quis rem alterius *deteriorem* etiam  
qui meliorem facit. l. fin. de usu & habit.

Ante *Diem* debitum exigi potest. l. 1. C. de  
condict. ex lege.

*Doctrandus* can. 2. de Magistris, & ne aliquid  
exigatur, quid licent. docend.

An non facit *dolo*, qui jure perpetuo utitur?  
l. 42. ff. de act. emt.

a 5

De.

- Domini Matris* Nov. 162. c. 3. in fin.  
 Conditio quandoque datur vero *Dominio* l. 1.  
 de condict. furtiva.
- Domitiana* interrogatio i. e. stulta l. 27.  
 quæ facere testam. poss.
- Grammaticæ & *Donati* fit mentio c. ult. de  
 ætat. & qualit. & ordin. proficiendi, ubi  
 Episcopus ob id removetur, quod Gram-  
 maticam & Donatum non didicerit.
- C. indignum c. 33. q. 5. Indignum est ver-  
 ba coelestis oraculi restringere sub regulis  
*Donati*.

## E.

- De *Edilit. Edicto* & *Paulo* in l. 28. §. 3. ff. de  
 Judic. Gothofr. in not. ad l. 44. de R. V.  
 in l. 12. pr. ff. de publ. in rem act. in l. 42. ff.  
 de usu & usufr. leg. in l. 69. de Legat. I. pr.  
 l. 17. §. 9. ff. de Act. Emti in l. 22. §. 4. ff. de  
 usu & habit.
- Equus* mulum olfecit l. fin. ff. si quadrup. paup.  
*Error* facit Jus l. 3. §. 5. de suppl. leg.
- Esculentum* potulentumve præfidi capere li-  
 cet l. 18. ff. de offic. præf.
- Et cætera l. 29. §. 2. & 12. ff. de liber. &  
 posth.

Ex

Ex Glossa ad l. 5. C. qui test. fac. liquet,  
quod *Eunuchi* non possint facere testa-  
mentum, argumentando: Ad testamen-  
tum requiruntur testes; Eunuchi non ha-  
bent testes.

Ex eodem facto & pœnam & præmium quis  
consequi potest l. 1. de his, qui ut indign.  
auff.

*Exorcizare* pro incantare l. 1. §. 3. ff. de ex-  
traord. cognit.

*Exstaturus* pro extiturus l. 76. §. 1. ff. de Furt.  
F.

*Faciei* prærogativa præ reliquis corporis par-  
tibus l. 17. C. de pœnis.

*Factum* potest fieri infectum l. 4. §. 1. in f.  
C. de SS. Eccles.

*Nimia Familiaritas* l. 9. ff. de offic. Præs.

*Ufus Fareiminum* prohibitus Nov. Leon. 58.

*Febrem* definit l. ff. de re Jud.

Si *Filia* post annum 25. in corpus suum pec-  
caverit, quam parentes distulerunt eam  
marito copulare, non potest exhæredita-  
ri Nov. 115. c. 3.

*Filios* facere Nov. 18. c. 5.

Legitimus quis potest esse *Filius*, nec tamen  
vivo patre in potestate, nec emancipa-  
tus l. 17. §. 5. Scitum Trebell.

Exemplo

Exemplo pessimum est *fæminino* vocabulo  
etiam masculos contineri l. 45. pr. dele-  
gat 2. occasionem potest dare joco.

*Foramen* in imo l. 28. de S. P. U.

*Fur* furti agere potest l. 48. §. 4. de furt.

*Furtum* potest fieri absque animo furandi  
l. 54. §. penult. l. 77. de furt.

Necessario utique fiunt *futura* l. 28. §. ult.  
ff. de Jud.

## G.

*Gallica* lingua fideicommissa possunt relin-  
qui l. II. pr. ff. de legat 3.

*Gebasi* mentio fit in Nov. 8. inf.

Mulier æque ad *generationem* confert ac  
maritus §. 5. J. de ex hæred. lib.

*Grammaticæ* & Donati fit mentio c. ult. de  
ætat. & qual. & ordin. proficiendi, ubi Epi-  
scopus ob id removetur, quod Gramma-  
ticam & Donatum non didicerit.

## H.

Quod *habeo* ab alio petere possum l. 56. §.  
6. ff. de V. O.

Quod non *habeo* ad alterum transferre pos-  
sum l. 46. de A. R. D. l. 57. §. I. ff. de  
pacto.

*Heres* quis esse potest, licet hæreditatem  
non habeat §. 3. S. de fideicommiss.  
hæred.

Domi-

Dominus noster JESUS CHRISTUS *heres* institutus l. 26. de SS. Eccles.

Describitur his verbis ein gedultiger Zahnrey:

Adumbrare patientiam prae-textu incredulitatis l. 20. ff. ad L. Jul. de Adulter.

L. 30. §. 3. ff. ad leg. Aquil. opiliones, welsche die Heyde (*hedera*) anzünden, si damnum inde oriatur, an puniendi sint?

*Hexameter* JCTO Tryphonino excidit in l. 9. §. 1. de rebus dub. & Pompon. in lege 46. ff.

I.

Nerva JCrus 17. annorum l. 1. §. 3. de postul. Potest *idem* in eodem subjecto eodem tempore agere & pati l. 11. §. 2. ad leg. Aquil.

C. 16. dist. 5. de consecr. Gregorius lepidam rationem reddit *Jejunii* quadragesimalis: Oportet, inquit, decimam totius Anni dare Deo, constat autem Anni decima 40. diebus, quare non oportet totidem dies jejunare.

*Imbanchiri* (vox stulta & nihil significat)

Nov. 88. c. 2.

*Imperator* Alexander Ulpianum suum parentem nominavit l. 4. C. de locat. cond.

*Impossibile* aliqua est obligatio l. 3. C. de Adilit. Action.

Mirum

Mirum non est ex serva *ingenuum* nasci. l. 1. §. 1. de suis & legitim.

*Inspectio* habitudinis corporis in foeminis etiam antiquis impudica visa est pr. J. quibus modis tut. fin.

*Institutiones* allegantur in codice l. ult. de testam. l. ult. de legat. hæred.

Justi & laudendi, *Inspectoris* fit mentio in Nov. 6. præfat. in fin.

*Instrumenta* potiora testibus sunt. Brunn. in quæst. ad C. P. III. disput. 29. 3. 15.

*Intertritura*, i. e. intertrimentum l. ult. §. 1. de pignor. act.

Signum in fronte nemini *inurendam*, quoniam facies hominis repræsentat imaginem Dei l. 17. C. de pœnis.

*Ironica* locutio in l. 24. C. de legat. in l. 97. ff. de legat. 3. in l. 1. §. 4. de pericul. & commod. rei vend. in l. 13. quod metus causa in l. 24. de V. S. in l. 8. pr. si servit vindic.

*Jude* mentio fit in Nov. 8. inf.

*Judex* in jure vir bonus dicitur l. 18. ff. judicatum solvi. Jocus.

Justi & laudandi *inspectoris* fit mentio in Nov. 6. præf. in fin.

*Justinianum* magnum Fautorem & Patronum



num mulierum fuisse colligunt Doctores  
ex Nov 162. c. 3. in fin.

*Justinianus* se appellat nostram *Æternitatem*  
Nov. 9. tit. 4.

Se appellavit Numen, l. fin. C. de acqu.  
& ver. [nimia errogantia.]

Suas aures divinas dixit, J. l. f. C. de acqu.  
& ret. poss. (itidem magna arrogantia.)

Princeps Christianismus habetur l. in-  
ter claves C. de SS. Trin.

Se vocat ultimum Dei servum l. pr. C.  
de offic. Præt. Afric.

Vocatur etiam mundi Dominus l. 9. ff.  
ad L. Rhodiam de Jactu.

In juris considerationem interdum nihil inter-  
est, *Justum* sive *injustum* quid sit l. 29. ff.  
de fideic. libert.

L.

De *Lana* caprina, anserina, leporina agit l. 70.

§. 9. ff. de legat. 3.

*Leges* damnatæ hoc includuntur disticho:

Damnatur Gallus, (a) damnatur Filius ejus (b)

Damnatur mater, (γ) damnatur lectaque (δ)

Frater (ε)

(a) l. 29. ff. de liber. & posth.

(b) l. 41. ff. de R. O.

(γ) l. 19. ff. de inoff. test.

(δ) l. 40 ff. de R. C. Explicat han  
l. Wissenb.

(ε) l.

(s) l. 38. ff. de cond. indeb. p. 1. N  
disp. ad ff. p. 236. §. 16.

(\*) l. 28. ff. de lib. & posth.

*Leges* duas Justinianus cum Justino fecit l.  
2. C. de Mand. princ. & l. fin. de offic. R  
Mag. official.

*Leges* neminem in paupertate vivere,  
neque in anxietate mori permittunt Nov.  
1. inf.

L. 2. C. de SS. Eccles. Man soll keine Lei  
chen in die Kirche begraben.

*Leges* repetitæ, seu bis positæ l. 80. & 83. de  
Jur. dot. l. 50. de usufr. & l. 32. §. 5. de  
usu & usufructu legat. l. 2. §. 1. Commun.  
divid. & l. 13. de judic. l. II. & 14. de di-  
stract. pignor. l. 29. commod. & l. 41.  
Locat.

*Lex* ad bestias 31. ff. de pœnis.

brevissima l. 2. ff. de incend. ruin. nauf.  
iniqua esse potest, probatur ex l. 12.

§. 2. ff. qui & a quibus manumiss.  
liberi non fiunt.

longissima l. 10. ff. de grad. & affinit.  
mirabilis Nov. 38. pr. §. I.

optima in toto corpore Juris. l. 2. ff.  
de J. & J.

*Nemo liberalis* dici meretur, qui de alieno  
largitur l. 54. §. 1. ff. de furtis.

Nov

I. Non videtur sine *liberis* decessisse, qui *liberos* non habet. l. 187. de R. J.

1. Serapias mulier Alexandrina §. *liberos uno* foetu enixa est l. 7. pr. de reb. dub.

ic. Recte dabitur *libertas* ei, cui dari non potest l. 6. C. de fideicommiss. libert §. 2.

re, I. de sing. rebus per fideicommiss. relict. ov. l. 24. §. 4. ff. de fidei c. libert.

ei Christiani *linguis* radicitus abscissis locuti sunt. l. pr. C. de offic. Præf. Prætor.

de Imperator paradoxo loquitur, quando l. 1. C. de offic. præsid. dicit: Vidimus viros

de un. clarissimos, qui radicitus abscissis *linguis* poenas loquebantur.

di. Litteratus, i. e. qui scribere novit l. ult. C. 41. de testament.

M.

uf. *Magistri* Etymologia habetur in l. 57. ff. de v. S.

12. *Maritum* ab uxore expulsum. l. II. rerum amotar.

ff. Exemplum litterarum ad *maritum* datarum legas in l. 57. ff. de donat. inter vir. &

it. uxor.

ff. Domini *Marris*. Nov. 162. c. 3. in fin.

no Doctores *Medicine* vocantur *Magistri*, l. *Magistri de Profess*, & medic.

b

Men-

*Mensum* pro mensium a mensis l. 40. ff. de  
R. O.

Quod *meretrici* datum, repeti non potest  
l. 4. §. 3. de condict. obcurpem causf.  
quamvis turpissima non sit causa.

*Meretrix* est, quæ ultra 23000. hominum  
admisit. Glossa ad C. 16. distinct. 34.

*Militi* non licet aliquid dare focariæ, vulgo  
der Köchin. l. 2. C. de donat inter vir & ux.

*Misericordia* aliquando meretur pœnam. l.  
7. depos. §. ult. J. de leg. Aquil.

Archipresbiter interrogatus ab aliquo: Vis tu  
habitum *Monachi* suscipere? R. volo, sta-  
tim interrogatus ab alio: Vis tu esse asi-  
nus? R. volo c. ult. de success. ab intest.

*Morbus fonticus* quis, & unde dicatur? l.  
ult. §. 1. ff. de ædit edict.

Pro *mutuo* habetur, qui nihil habet in bo-  
nis §. 7. J. de societ.

*Mulier* expulit virum domo. l. 11. ff. de act.  
rer. amot.

*Muliebre* consilium inconstans est ac flebile.  
Can. cap. 14. 9. 6.

Donatio apud *mulieres* raro accidit l. 6. in  
f. C. de donat. ant. nupt.

Justinianum magnum Fautorem & Patro-  
num *mulierum* fuisse, colligunt Dd. ex  
Nov. 162. c. 13. in fin. Mu.

*Mulier* ita arcta, ut *mulier* fieri non possit, non videtur esse sana. l. 14. §. 7. ff. de edict. edil.

*Mulieres* natura genuit ut partus ederent, & maxima earum cupiditas in hoc constituta est. l. 2. C. de indict. viduit toll.

Non omnibus *mulieribus* naturalis pudor concedit, sese omnibus manifestare. l. 14. C. de contrah. & committ. stipul.

*Mulier* non est homo. l. 38. §. ff. de pœn.

*Mulierem* tonsurare. c. 8. de convers. conjug.

Inter *mundum muliebrem* refertur etiam matula. l. 25. §. 9. de auro legat.

N.

Ex l. 68. ff. ad leg. Falcid. probare volunt. Dd. fundamentum det *Nativitat.*

L. 9. §. 11. ff. de pœnis. *Nobilis*, si furtum fecerit, suspendendus non est; Diss. Baldus, & opinatur non tam suspendendum esse, sed etiam in honorem altius erigendum esse patibulum.

L. un. C. de mut. nom. Licitum est aliud sibi dare nomen.

*Non entis* sunt qualitates. l. 62. §. I. de contrah. emt. §. ult. J. de Emt vendit.

Quod *nostrum* non est, transferre possumus ad alios. l. 63. ff. de usufr.

b 2

Nota-

*Notarius* vocatur servus communis. l. 15. ff. de Adopt.

Rem non *novam* aggredimur; neque viam insolitam ambulamus. c. un. X. com. de dolo & contumacia. joco causam dans.

*Novella IX.* spuria est, cum in græco textu non invenitur.

*Novellæ* allegantur in l. 5. pr. in f. C. de Recept.

*Nugatores* difficilioris lectionis exemplum ponunt, l. 22. ff. de his, qui notantur infam.

Potest res Titii in *nullius* esse Dominio. l. 28. inst. de negot. gest.

Justinianus se appellavit Numen. l. ff. de acqu. ren. posse (Nimia arrogantia.)

De numero partu, vid. Gothfr. ad l. 3. si pars hæred. pet & l. 36. de solut.

C. l. 35. qu. 3. dicitur in linea transversa *nuptias* prohibitas usque ad 7. gradum exclusive, quoniam 6. ætatibus finitur mundi generatio & hujus status.

*Secundæ nuptiæ* honesta fornicatio non sunt c. 9. caus. 31. qu. 1.

O.

*Obstetrix* medica est. l. 1. §. 2. ff. de extraord. cogn.

Quando Ministri Scholarum *obscæna* verba in

in explicandis phrasibus Terentianis & Plautinis, evomunt, a Consistoriis puniuntur. Nov. 972.

*Olfactu* peccata possunt committi. Stryk de J. S. c. 2. n. 9.

L. 12. §. f. ff. de *Ædilit. Edicto* quæritur. An sit morbosus, cui *os olet*? Resp. sub distinctione. Sed an sponsalia possint rescindi, wenn die Braut einen stinkenden Odem hat? affirm. Mev. p. 4. d. 43. n. 8.

Nobis oportet l. 1. C. de legibus - - - -

*Osculum* in dubio præsumitur luxuriosum, nisi mos regionis ita ferat. l. 28. C. de testam.

*Osculum* lascivum est adulterii præambulum, sicuti percussio est præparatorium homicidii. Nov. 117. c. II.

Si quis invitæ obrudat *Osculum*, actione injuriarum potest pulsari *ibid.*

Vasallus ob *osculum* libidinosum feudum potest amittere, *ibid.*

P.

C. 6. distinct. 40. ibi dicitur: *Papam* a nemine judicandum esse, quia omnes est judicaturus, etiamsi vel innumerabiles populos catervatim secum ducat primo man-

cipio Gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus.

*Paries* ventrem facit. l. 17. pr. si serv. vind.

*Partus*, antequam nascitur, mulieris portio est, vel viscerum l. 1. §. de inspiciend ventr.

*Parvissimum* pro minimum Nov. 15. pr.

Bonifacius VIII. ex dicto Christi: *Petre pasce* oves meas, pessime colligit, universalem potestatem in omnes totius mundi Ecclesias datum esse Petro & cuilibet ejus successori, Pontifici Romano c. 1. de major. & obed. in Extrav. commun. (aliquid ridiculi.)

C. 11. & 12. dist. 4. de Consecrat. duo tempora *Pascha* & *Pentecoste* tantum ad baptizandum destinata, excipitur tamen casus necessitatis. c. 16. ibid. Rationem vid. in Cap. 13. §. hoc autem.

*Pastores* anserum l. 66. de legat. 3.

Potest quis eodem tempore *pater* esse, & pater non esse, l. 9. de his, qui sui vel alieni jur.

*Pater noster*. §. 2. J. quibus non est permitt. fac. test. l. 5. C. de repud.

*Penitudo* pro pœnitentia l. 11. C. de Finis.

*Pentameter* observatur in l. 36. pr. ff. de hæred. petit.

C. 1. de Rescript. 6to Juramenti *Perhorrescentiæ* sedes est, Phi



*Philosophari* vocat Justinianus *Jctos* super interpretatione legum disputantes. Nov.

97. c. 2.

*Philosophi* sunt avari & rapares. l. 6. C. de muner. patrim. adde contrariam. l. 13. pr. de ædilit. e dict. l. 8. §. 5. de vocat. & excusat. mun. l. 6. §. 7. de excusat.

*Philosophi* non sunt numero Professorum l. I. §. 4. de extraord. cognit.

*Philosophiæ*, *Physicæ*, & *Poeseos* studio se mancipare. dist 37. c. 4. Cleric. vel Monach.

Citatur *Plato* in l. 2. ff. de nundin.

Ad *pocula*. X. de Offic. Clerici. **Man darff nicht mehr Bescheid thun, als einem zugebracht ist.**

*Actiones pœnales* quandoque dantur contra hæredes, etiamsi lis cum defuncto non fuerit contestata. l. 3. §. 5. Quod quisque *Juris* &c.

*Depositio superflui ponderis*. l. 28. C. de testam.

C. 6. J. 96. *Pontifex* dicitur *Deus*.

*Innocentius III.* C. 6. X. de Majoritate & Obed. dixit: inter *Pontifices* & *Reges* tantam esse differentiam, quanta inter solem & lunam, inter animam & corpus. (est absurdum.)

b 4

Cap.

Cap. Solita X. de Major. & Obed. dicit P.M.  
 Ad firmamentum cœli ecclesiæ, h. e. univer-  
 salis ecclesiæ fecit Deus duo magna lumi-  
 na, i. e. duos instituit dignitates, quæ sunt  
*pontificalis* autoritas, & regis potestas.  
 Sed illa, quæ præest diebus, i. e. spiritualis,  
 major est, quæ vero carnalibus, minor, ut  
 quanta est inter solem & lunam, tanta  
 inter *Pontifices* & Reges cognoscatur, add.  
 c. i. h. l.

In possessionem esse vid. Rubr. tit. 9. lib. 36.

*Possidet*, qui non possidet, seu qui desinit  
 possidere l. 131. de R. J. ff.

*Posthumus* vivo testatore mori potest 12. pr.  
 ff. de in just. rupt. & init.

*Presbyter* in duello partem digiti amisit. c. r.  
 de corpore vitiatis.

Sicut diligenti cultura *pretia prædiorum* am-  
 pliantur, ita si negligentius habita sint,  
 minui ea necesse est l. 3. §. 5, ff. de Jure  
 Fisc. videtur lex domitiana.

*Vi probandi* destituuntur in ff. de interdict.  
 & religios. à ll. 10. usque ad fin. de bon.  
 damn. a l. 8. ad fin. In C. omnes leges, quæ  
 ziphris romanis numeratæ. In Feud. a l.  
 2. tit. 73. ad fin.

Tiberius Coruncanus primus *professor* juris.  
 l. 2. §. 35. de O. J. Dif-

Differunt *proprietas* & *dominium*. §. ult. J. de usufr. Imo non differunt. per l. 23. de A. R. D.

*Puberes* sine curatoribus suis possunt ex stipulatu obligari l. 101. ff. de V. O. (Est Antinomia, nisi pro obligari legatur obligare.)

C. Paulus dicit X. c. 2. qu. 7. Loquitur de *pueris* centum annorum.

*Pupillus* potest esse, qui tamen est in patria potestate, l. 13. in f. C. de Jur. delib. l. ult. §. 2. ff. de V. O.

Quæ bis in mense *purgatur*, sana est. l. 15. ff. de ædil. edict.

Quæ bis in mense *purgatur*, sana non est, it. quæ non purgatur, nisi per ætatem accidit l. 15. ff. & ædil. edicto.

## Q.

Mulier major *quingagenaria*, si pariat, est casus insolitus. l. 12. C. de legit. hæred.

*Quingies* quaterni in Peloponeso nati sunt. l. 3. ff. Si pars hæred. petatur.

## R.

*Reciperaverit* pro recuperaverit. l. 17. ff. de relig. & sumt. funerum.

*Religiosi* plures idiotæ sunt, & juris ignari. c. 9. de vot. & vot. redemit.

Non *remittitur* peccatum, nisi restituatur ablatum, can. l. c. 14. qu. 6.

L. 12. §. 34. de Instr. vel Instr. leg. Apotheca librorum, *ein* *Repositorium*.

*Rescindi* interdum possunt ea, quæ ab initio non valent. l. 1. §. 1. de feriis & dilationibus.

Omnino non *respondisse* videtur, qui ad interrogatum non respondit l. 11. §. 5. ff. de interrog. in jure fac. Lex videtur (sed non est) absurda.

*Retentus* pro contentus. l. 2. §. 3. ff. quod legat. *Salva reverentia*. 2. Feud, 22.

Ei, qui post decennium *reversus* domum, uxorem prægnantem invenit, potest agnasci suus hæres. l. 1. §. 24. de agnoscend. & alend. lib. 1. 6. de his qui sui vel alien. Jur. sunt.

*Textus ridiculus* est l. 6. ff. de his, qui sui vel alien. juris sunt. Filius est, qui ex patre & matre sua natus est.

Inter *rivales* datur interdictum l. 1. §. 26. ff. de aqu. quot. & æst.

Occupati circa rem *rusticam* in forum compellendi non sunt. l. 1. ff. de feriis. (Probari ex hac potest, sponsum & neonymphum rusticam puellam ducentem citari non debere.)

*Rustici* non debent uti pane albo, pullis & aliis delicatis cibariis, sed caseo, cœpis & fabiis. Gloss. in l. 99. ff. de legat. 3. super verbo, cibariis. L. 5.

L. 5. C. de Agric. censit. *Rustici* pecuniam optare non audent.

S.

Raro longus invenitur *sciens*. Bartol. ad l. 1. ff. de Jurisdictione.

*Scenici* & histriones non sunt admittendi ad Eucharistiam, c. pen. de consecrat. dist. 2.

*Scholaris* potest habere uxorem Nov. 117. c. 11 pr.

*Septeni* in Ægypto nati sunt. l. 3. ff. Si pars hered. petatur.

Efferri quis potest ad *sepulturam*, antequam nascitur. l. 2. de mort. in f. ibique Gothofr.

*Sequens* præcedit. l. 57. de hered. iu tit.

*Serenissimus* Princeps. l. 7. C. de bon. quæ liber.

*Servitutum* pro servitutum. l. 15. §. 1. ff. de servit.

*Signum* in fronte nemini inurendam, quoniam facies hominis repræsentat imaginem Dei. l. 17. C. de poenis.

Ex legitimo Matrimonio potest nasci *spurius*.

l. 25. de captiv. & postlim. l. 3. in fin. C. solut. matrim.

L. 29. ff. de probat. Habetur & ventilatur hic.

An matri filium *Spurium* dicenti sit credendum? nec ne?

L. 11. §. 9. Ad l. Jul. de Adulter. dicitur, quod filius non sit *spurius*, etiamsi mater sit *metrix*.  
Ster-

*Stercus* animalium pro suo solatio habere, cuidam concessit Imperator. l. 7. C. de cursu publ.

*Stercus* equile pro solatio hospiti concedendum est. l. 7. C. de cursu publ. lib. 12.

*Studiosi juris*. l. 1. ff. de offic. assess.

*Studiosi* referuntur ad personas miserabiles. Brunn. in quaest. ad C. p. III.

*Studiosus Juris*, i. e. *Jctus*. l. 1. de Offic. Assess. l. 4. de extraord. cognit.

*Homo stultus*, qui nomen suum ignorat. l. fin. C. de hæred. instituend.

*Substantia*, i. e. veritas. l. 2. §. 2. pro emtore. (Est aliquid ridiculi.)

Is pro *surdo* habetur, qui non audit, quamvis super cerebrum illius quis clara voce loquatur. l. 10. in med. qui.

*Surrogatum* non sapit naturam ejus, cui surrogatur. l. 48. §. ult. de furt. ibi Gothofr.

*Sutor* forma calcei cervicem pueri discentis percussit, ut oculus ei perfunderetur l. 5. §. 3. ad L. Aquil. lit. p.

*Symbolum Apostolicum* habetur l. 6. §. 1. C. de SS. Trin.

## T.

Nequaquam placet *tela* in usum vomeris li-

gonisque convertere. l. ult. C. de mancip.  
& colon.

*Terræ onus.* Nov. 19. c. 5. homo qui nulli  
studio aut labori est addictus.

Non est morbosus qui unum *testiculum* ha-  
bet, potest enim & hic generare. l. 6. §. 2.  
de ædilit. edict.

Uterque *testiculus* dicitur tam necessaria pars  
corporis l. 7. ff. de ædilit. edicto.

Mulierem *tonsurare.* c. 8. de convers. conjug.  
U. V.

*Vacans* mulier, i. e. Vidua. l. 5. §. 2. ad L. Jul.  
de vi publ.

Non *valens* continere. 2. Feud. 29.

*Venalicus* pro venalis. l. 2. ff. de donat.

*Venatio* Clericis est interdicta, ex eo quod  
Esau peccator fuerit venator. dist. 86.  
C. Esau.

Differt *vicinus* a confine. l. 4. §. 10. de fin. re-  
gund.

Si *Vidua* est, impune in ea stuprum commit-  
titur l. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de Adulter.

*Vini campani* fit mentio in §. 33. J. de actio-  
nibus Ex quo colligi potest, Imperatorem  
hoc vini genus præ aliis æstimasse. (Jocus.)

Elegans descriptio *virginis.* E quarum sinu  
nondum ullus fœtus efflavit, i. e. qui  
nondum peperit. Nov. leon. 27. *Vir-*

*Virginem* appellare, i. e. tentare ejus pudicitiam. l. 15. §. 20.

*Virgo* potest esse vidua. l. 242. §. 3. de V. S. Gothofr. ibid. litt. U.

*Virgo* potest habere dotem, & de dote actionem. l. 7. ff. de R. N.

*Viri* uxores lugere non compellantur l. 9. de his, qui notantur infam.

*Virtutum* nobilitas & honestas gratum Deo faciunt servitorem c. 37. de præbend.

Quod ab initio *vitiosum*, tractu temporis potest convalescere l. un. §. 1. C. de contract. Judic. & l. 2. C. si major factus rat. hab.

Favorabilior est voluntas *viventium*, quam morientium. l. 9. ff. quid in fraud. Patron. Justinianus se vocat *ultimum* Dei servum. l. 1. pr. C. de offic. Præt. præ. Afric.

*Volenti* etiam potest fieri injuria. l. 1. §. 5. de injur.

L. fin. C. de Aleat. prohibentur sub pœna confiscationis domus, *die Voltisir-Pferde*. Sed alii aliter textum hunc intelligunt.

L. 14. §. 4. ff. de Ædilit. Edicto. Quæritur: An sit sanus, qui in lecto vino somnoque pressus, aut pigritia surgendi pressus.

*Urinam* facit, Resp. affirm. nisi vitio vesicæ fecerit.

*Usur-*



*Usurpatum*, hoc est tam etsi nullo jure l. 13.

§. 7. ff. de injur.

Si Scholasticus *vulpecula* appellatur, potest instituire actionem injuriarum, Gothofr. ad l. 9. §. 1. ff. de injuri. ibique etiam de aliis levioribus injuriis, v. g. si asinus, vel lepus quis vocatur.

*Uxor* a concubina non differt, nisi dignitate. l. 49. §. 4. de leg. 3. l. 31. de donat.

*Uxor* convenitur pro marito. l. 4. C. in quibus causis.

*Uxor* ducit virum. l. 3. C. solut. Matrim.

*Uxor* potest esse Vidua. l. 242. §. 3. de V. S. Gothofr. ibid. litt. U.

Imperatorem Justinianum *Uxorem* suam in consilium adhibuisse testatur Nov. 8. c. 1. it. Johannem Praefectum Praetorii, Nov. 8.

Si quid *uxores* eorum, qui ad officia proficiuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur l. 4. §. 2. de Offic. Procons. Equivocatio in lege latet, quæ jocum efficere potest.

Imperator ipse fatetur, quod sit *Uxorius* Nov. 5.

W.

Gut Wetter machen ist ein zugelassen  
Werd, l. 4. C. de Malef. & Mathem.

L, I

L. I. ff. de Allat. permiffum est, dem Wirth  
die Fenster einzuschlagen.

Nov. 22. c. 24. Wenn einer eine Wittfrau  
und keine Jungfrau heyrathet, kan er  
nicht Priester werden.

ὕστερον πρότερον observa in l. 2. §. 15. ff. pro  
Emtor.


---

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Pag. 16. lin. 18. lege *Atavus* & lin. 19. lege  
*Atavia*.

Pag. 13, lin. 15. theilet.

Ut nemo sic necliber sine vitiis nascitur.



on.

eth

au

er

pro

ge

Ka 6258

ULB Halle

3

007 105 576



4078







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

# NOTABILIA

QVÆDAM

ET

# CURIOSA

EX CORPORE

# JVRIS CIVILIS

ET

# CANONICI

PRIVATA INDVSTRIA

COLLECTA

ET

IN LVCEM EDITA

A

25. 4. 06.

F. A. H.

C. M. A.

Magdeburg, apud G. Vetterum. 1739.

